

1308

m^o 3

Arch. Imper.

Carton J. 419. n^o 14.

Cerny.

Excellentissimo Principi Domino suo Philippo, Dei gratia, Francorum Regi Illustrissimo, Major et Jurati Communitatis de Cernyaco, ejus subditi se ipsos tamquam Domino perseverenter ac obedienter ad ejus beneplacita preparatos, Majestati Regie vestre significamus quod nos Johannem dictum de Douillet et Robertum dictum Quatrechaus fecimus ac constituimus nostros procuratores generales et nuntios speciales et quemlibet eorum in solidum, in omnibus causis querelis et negociis quas habemus et habituri sumus pro nobis et nostra predicta Communitate, coram Regia Majestate vestra seu coram nobili consilio vestro, dantes et concedentes eisdem procuratoribus et cuilibet eorum in solidum plenariam potestatem et mandatum speciale agendi pro nobis et nostra predicta Communitate nos quia, Communitatem predictam defendendi contra quascumque personas tam Ecclesiasticas quam etiam seculares literas vestras seu nobilis consilii vestri, gratie generalis seu specialis impetrandi consilium de his que a nobis possent, a vobis seu a nobili consilio vestro requiri si presentes erimus, apponende omnia beneplacita opera et consilia vestra seu nobilis consilii vestri ad requisitionem vestram seu preceptum vestrum seu nobilis consilii vestri, quorum interest nostra, seu interesse possent, agendi, laudandi et confirmandi et faciendi omnia alia et singula que faceremus et facere possemus si presentes, coram Regia Majestate vestra seu coram